

VII.

Post curas multas, post actos mille labores,
 Phœbeâ lauro condecoratus abis.
 Et meritò. Mores etenim meruere probati,
 Ars meruit, sudor promeruitq; tuus.
 Vera loquor nunc, nec verba assentantia fingos
 Illud quippe probat tradita cura scholæ.
 Dum formas teneram verâ pietate juventam,
 Imbuis ingenuis artibus arte rudes.
 Ergo quis tantum tibi non gratetur honorem,
 Qui tam præclarâ te statione locat?
 Sit felix, decorique tibi, peramande Magister,
 Laurus, Laurigerum te mancantq; bona.
 Perge, ut cœpisti, τοῖς παῖσι μὴ χεῖσι μαεῖπέρ,
 Et sic fulgebis lætus honore tuo.

*Zacharias Lehman, Budissinus,
 Lusatia.*

VIII.

Hactenus informans pueros, si nomine dictus,
 Re posthac potius nōne Magister eris?
 Ritè Magister eris, titulum quia ritè Magistri
 Hunc, G O E C E N E, tibi Leucoris alma refert.
 Præmia digna refert: Nam præmia digna labori
 Debentur magno; præmia digna cape.
 Annulus in digitis & gemma hinc fulget, & auro,
 Cœrulus hinc ornat pileolusq; comas.
 O titulum, laudes, decus, ô nova præmia, honores,
 Quos (precor ex animo) PROSPERA FATA BEENT.

*Josephus Michael, Neukirchen-
 sis, Variscus.*